



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Eximia Deiparæ tum corporis, tum animæ pulchritudo, n. 52

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

dicebat Moyses: Surge Domine, & dispensur inimici tui, & fugiant qui oderunt te, à facie tua: cum autem deponeretur aiebat: Revertare Domine ad multitudinem exercitus Israel: Quæ **S. Bernard** verba explicat S. Bernardinus Senensis tomo 3. serm. 11. art. 1. c. 2. de Deipara, quam vult in Arca Moysi præmonstratam. *Hic enim, inquit, verbis Num. 10. mysticè innuitur, quod quando elevata fuit Virgo gloriosa ad cælestia regna, Demons potentia imminuta est, & dissipata: unde pro illa dici potest illud Ecclesiastici: Superborum, & sublimium colla propria virtute calcas. hæc S. Bernardinus, cui addere possumus verba illa Moysis, cum deponeretur Arca, ostendere Dei misericordiam ad nos cum hac mythica Arca reueriti.*

Iosue 6. Damasc. Sexto, muri Ierichuntini Ios. 6. Arca Domini circumlata clangentibus tubis corruerit, quod Damascenus orat. 2. de dor. his verbis de Deipara exponit: *lubilemus in Arca Domini Dei toto animo, & muri cadent Ierichuntini, contrariarum, inquit, potestatum infesta munitiones.*

2. Reg. 5. Septimo, Arca Dei à Philistæis capta 1. Reg. 5. Idolom Dagon euerit, ei que caput ac manus præcidit. Azotios, reliquosque populi Dei hostes percussit, & multis plagis affecit, quod mysticè fit cum per Deiparam demonis caput, viresque atteruntur, vt eos, qui Deiparæ pietatè exercent, ab hostibus seruet incolumes, quod multis exemplis c. 20. planum fiet.

Cap. 20. Octauo, percussio Ozæ super temeritate, qua extendit manum ad Arcam Dei, vt teneret eam 2. Reg. 6. nobis satis indicat quanta cum reuerentia Deiparam tractate debeamus, ad quod spectat Damascenus carmine de Annunc. cum Deiparam appellat: *Virgam Dei Arcam, quam profanorum manus non tangit.*

6. Reg. 6. Nonò 1. Reg. 6. de vicijs Bethsamitibus, ed quod vidissent Arcam Domini, percussit Dominus de populo septuaginta viros, & quinquaginta milia plebis, vt intelligamus quamlibet in Matrem Dei irreuerentiam, tametsi alijs videatur levis, non futuram in multam, quod compluribus exemplis in tractatu de Miraculis aperte ostendimus.

DEIPARAE EXIMIA TVM CORPORA, tum anima pulchritudo.

Quæ de Deiparæ præstantia exposuimus symbola, ea sunt, vt ipsius, & corporis, & anime pulchritudinem satis nobis indicare videatur; quare operæ pretium duxi in præ-

sentia de vtraque Virginis forma, aliqua in medium afferere: & quamquam pulchritudo, formaque corporis exterior bonum est cadu- **Pulchritudo de dæmon Dei.** **Ovid.** *Forma bonum fragile est, quantumq; accedis ad annos*

Fit minor, & spatio carpitur ipsa sua.

Quæ etiam ex B. Etio lib. 3. de Confolat. profs. 8. triduanæ febris igaiculo potest dissolu- **Berlin.** **Nazianz.** **Augustin.** *queque de causa à Nazianzeno orat. 31. Tempus ac morbi ludibrium appellatur; Dei tamen donum est, quod ex August. lib. 15. de Ciuit. Dei c. 22. Quamuis sit temporale, carnale, & infimum bonum, propterea tamen illud Deus largitur etiam malis, ne magnum bonum videatur bonis, quo fit, vt eiu. modi Dei quale quale donum in Deipara quoque extitisse Patrum complures constanter affirmant. & rationum monumenta persuaideant, quod ex iis, quæ dicemus planum fiet.*

Et vt inde ducatur initium, vnde pulchritudinis ratio petitur, ea ex Alberto apud S. Antonin. 4. par. tit. 15. c. 11. in debita corporis quantitate, & qualitate, in eleganti membrorum dispositione, & proportione, & in coloris venustate sita est: quibus omnibus cum Deipara, vt dicemus, prædita egregiè fuerit, conlequens etiam est, eam præstanti corporis forma, & insigni pulchritudine ornatam pariter fuisse. Iam huius rei Patrum testimonia afferamus. Nazianzenus in Tragedia, Christus patiens, **S. Anton.** **Nazianz.** *fic cecinit ex persona Nuntii.*

Eheu, pudicas inter, & pulcherrimas, Atq; venerandas prima, Virgo eadem, & parvam Maria.

Et rursum ex persona Chori.

O Virgo, forma quæ nitore cæteras Præis, pusilla nobilis, quæ basilans Infantem in vtero (vt tu refers) tuo Deum, Thesaurum eodem basilasti maximum.

S. Ephrem oratione de Deipara eam **Ephrem.** **Epiphani.** *nam pulcherrimam vocat, quæ cæli manna gestat. Epiphanius oratione de Laudibus Virgin. ad eam sermonem dirigit his verbis: Quæ solo Deo excepto cunctis superior existis, Formosior es ipsi Cherubim, & Seraphim, & omni exercitu Angelico. Andreas Cretensis oratione de dormit. Deiparam sic alloquitur: Eximia pulchritudo, à Deo sculpta statua, rectè descripta, Vni Archetypi Image. Georgius Nicom. orat. de oblatione Deiparam sic affatur: O pulcherrima pulchritudo omnium pulcherrimum; O Dei geni-*

genitrix pulcherrimum omnium summum ornamentum.

Richardus de sancto Victore in Cantica cap. 26. docet amoris ignem, & interiorem candorem, exterius in Virgine lucere, ut quæ puritatem Angelicam habuit, vultum etiam Angelicum haberet; eiq; accommodat illud Cant. 4. *Tota pulchra es amica mea*, Albertus Magnus. **Albertus Magnus.** Magn^o nō minūsi piē quā solidd ac sapiēter ut solet in libro de B. Virg. apud Dionysium Carthusianum lib. 1. de laudib. Virg. art. 3. **Quemadmodum**, inquit, corpus Christi quod Deus supernaturaliter per se ipsum formavit est perfectissimum, atque pulcherrimum in natura, Christus quod fieri potuit secundum statum via: sic corpus Virginis ad hoc immediatē ord natum fuit pulcherrimum secundum statum via, quod natura cherrimus per se operans facere potest, idē dicimus: quod sicut Christus fuit speciosus forma pra filiis hominum sic Virgo pulcherrima fuit inter filias hominum, & quod ipsa habuit summum, & perfectissimum, quod potuit esse in mortali corpore facmine secundum statum via, operante natura. hęc Albertus. **Bona ventura** in Litanis eam his verbis inuocat: *Sancta Maria foeminarum pulcherrima.* Idem in speculo cap. 14. cum ageret de fructu Virginis, id est Christo, quem (ut eius verbi vtar) ait non solum esse delitiosum odore, sed delitiosiore specie, & decore, citat illud Leuit. 4. *Sumitūq; dia primo fructus arboris pulcherrima Primus dies*, inquit, animam illuminans est fides; & certē si sumera debemus fructus arboris pulcherrima, arbor pulcherrima est Maria: pulchra quidam in solis oris pulchrior autem in floribus cordis, pulcherrima vero in pulcherrimo fructu ventris, de quo Bernardus infer sic: *Si, inquit, fructus illi mortis non solum suavis fuit ad vescendum, sed etiam, teste scriptura, delectabilis aspectu: quanto magis huius vitalis fructus viuificū decorem debemus inquirere illum (inquam) in quē desiderant Angeli prospicere. Pulcher utique fructus Christus est, qui speciosus forma pra filiis hominum est: si autem plenius cognoscere volumus fructus huius pulcherrimam, requiramus ipsam pulcherrimā eius matrem, & dicamus illud Cantic. 5. *Qualis est dilectus tuus ex dilecto o pulcherrima mulierum?* & ecce ipsa respondens statim dicit, *Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus: ipse candor lucis æternus. Candidus quidem est divinitate, rubicundus autem humanitate:**

candidus quoque conuersatione, rubicundus seu passione. Ecce quam pulcher fructus: propter hoc bona de ipso dicit Augustinus, pulcher in caelis, pulcher in terris, pulcher in Patre Verbum, pulcher in Matre Caro, & Verbum, hęc autem pulcherrima arbor Maria non solum habet pulcherrimum fructum ventris, sed etiam pulcherrimos habet fructus matris, de quibus Apostolus ad Galatas, Galat. 4. scribens ait: *Fructus autem spiritus est charitas gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo fides modestia, continentia, castitas.* hactenus Bonaventura. **Carthusianus.** 54. Dionysius Carthusianus lib. 1. de laudib. Virg. artic. 35. *A planta*, inquit, *pedis usque ad verticem capitis nihil penitus fuit in Virgine, neque in corpore, neque in anima indcens, reprehensibile, indecorum, imō totum fuit diuina Sapientia circino formatum, pulcherrimē circumcisum ab omni superfluitate plenissimē, ac speciosissimē operatum.* Nempe, sicut Christi humanitatem propter personalem cum Deo unionē decuit omni perfectione natura, & gratia in termino excellentia præfulgere, ita ipsius genitricis personam post unigeniti sui humanitatem oportebat in omnibus sic ornari, quoniam post hypostaticam in Deo conuersionem non est alia tam vicina, ut vnio matris Dei cum Deo filio suo. hęc Dionysius. Idem art. 36. existimat Virginis sanctissimæ cultum splendore quodam illustratum, eiusq; carnem suauem odorem spirasse. **Vultus Deiparæ** Virgo, inquit, quo abundantioribus diuinorum charismatum infusionibus suis præuenia, eo fulgebatur, hac ipsa exuberantia magis in eius resulso vultu, & corpore ac visu, & quo quotidie in omni gratia, ac virtute eius odor te, & in omni luce contemplationis Theorica, & spirabat mystica Theologia splendore, in puritate interna, suauem, & sanctitate Angelica excellentius profecit, eo interior illa, ac diuina sinceritas luminosa euidētius in eius facie apparebat, atque, ut quidam etiam magni Doctores dicunt, visibiliter radiabat. Addit etiam Carthusianus, *Cur non putetur, inquit, credibile, quod virginis eius caro dulcem sit sortita odorem?* Hoc ipsum de Deiparæ pulchritudine docet sanctus Antoninus 4. part. 3. **Antonini Color Deiparæ in corpore, & in capillis,** ac oculis, cuius verba hęc sunt: *Beata Virgo ex Alberti sententia in colore cutis in capillis, fuit alba, & rubra mixtum, in capillis autem, & oculis nigra, & temperata, sicut & eius filium speciosissimum credimus coloratum.* Ratio S. Antonini ea est, quoniam nobilissimus color est albus,

Augustinus
Galat. 4.0
Carthusianus
Vultus Deiparæ
S. Antonini
Color Deiparæ in corpore, & in capillis,

Galenus albo, & rubro, qui à Galeno in complexionem temperatam constituitur, corpori bene disposito convenit, & hic fuit in Virgine, de cuius filio **Cant. 5.** dicitur, *Dilectus meus candidus, & rubicundus*; quamquam si mysticè, id de anima intelligatur, candor designat puritatem, Rubor autem charitatem, quæ virtutes puras, & charitas fuerunt in Virgine in summo. **Capilli** verò Deiparæ, ex Alberto, & Constantino medico fuere temperatè nigri: quoniam perfectissima corporis humani dispositio, quæ prædita fuit Deipara, exigit cerebrum calidum, & siccum; à calore enim oritur velocitas apprehendendi; à siccitate verò firmitas retinendi; ex tali autem cerebri dispositione color niger in capillis, & in oculis oritur: oculi porro nigri sunt clariores ad videndum, ac proinde nobiliores, propter sensuum utilitatem. quare in Canticis, ubi spiritualis pulchritudo per exteriorum compositionem deturbatur, sic habemus cap. 5. *Coma eius sicut elata palmarum, nigra quasi coruus.* hæc ex sancto Antonino, & Alberto iisdem fere verbis; quamvis Epiphanius apud Nicephorum, quem infra afferemus, velit colorem Beatæ Virginis fuisse triticeum, capillos verò flavos.

Abulensis. 55 Abulensis quoque paradoxo 2. capit. 101 Deiparæ pulchritudinem astruit ea ratione; *Quoniam pulchritudo, inquit, attestatur super bonam complexionem, quæ est signum & causa efficiens boni ingenii, cum phantasmata rectè disposita intelligimus subserviant.* Recentiores quoque hoc idem de pulchritudine Virginis affirmant, & rationibus confirmant **Canisius** libro primo de beata Virgine, cap. 13. Suarez tomo 2. in 3. part. disputata sect. 2. Barrada libr. 6. cap. 5. Denique sancta Brigitta in serm. Angel. cap. 13. *Quæ a modum, inquit, Deus & Angeli de Virginis anima venustate gratulabantur in Cælis, ita etiã gratissima eius corporis pulchritudo omnia eam cernere cupientibus, utilis fuit, & consolatoria in terris.* & libro 5. post interrogat. 9. Christus Dominus singula suæ genitricis membra laudibus extollit, & mysticè eorum pulchritudinem declarat, & libro 1. cap. 51. Matri suæ hæc dixisse scribitur: *Angeli considerant alter alterius pulchritudinem, & pulchritudinem omnium animarum, & omnium corporum admirantur: sed anima tua pulchritudinem vident esse super omnia, quæ creata sunt, & corporis tui honestatem excellere omnes homines, quæ creata sunt, & sic omnes Angelos, & om-*

nia, quæ creata sunt, excellit pulchritudo tua. hæc ibi.

56 Ceterum insignem corporis Deiparæ delineationem, ac formam Epiphanius Presbyter Constantinopolitanus accuratè nobis ob oculos ponit apud Nicephorum, libr. 2. histor. cap. 23. Epiphanius autem fides merito haberi potest; is enim in græcis auctoribus excurrendis magno se studio usum affirmat, ut de vita Deiparæ non tantum credibilia, sed vera etiam, ac firma profereat reiectis quibusdam malæ fidei auctoribus; Nicephori verba ex Epiphanio hæc sunt; *Sacratissima Deipara mores, formæque & staturæ eius modus talis (inquit Epiphanius) fuit, erat in rebus omnibus honesta, & gravis, pauca admodum, eaque necessariis loquens, ad audientium facilius, & per quam affabilis, honorem suum, & venerationem omnibus exhibens, staturæ mediocrem longitudinem excessisse dicant:) decenti dicendi libertate admodum, ut homines omnes vsa est sine risu, sine perturbatione, & sine iracundia maxime. Colore fuit triticum referente, capillo flauo, oculis acerbis, subflavis, & tanquam oleæ colore pupillas in eis habens; supercilia ei erant inflexa, & decenter nigra; Nasus longior, labia florida, & verborum iuauitate plena; & acies non rotunda, & acuta, sed aliquanto longior; Manus simul, & digiti longiores: erat denique fastus omnis expertus, simplex, minimeque vultus fugiens, nihil mollietis secum trahens, sed humilitatem præcellentem colens, Vestimentis, quæ ipsa gestauit, coloris nativi contenta fuit, ita quod etiam nunc sanctum caput eius velamen ostendit, & ut paucis dicam, in rebus eius omnibus multa diuinitus inerat gratia.* hæc Epiphanius apud Nicephorum: cui consonat Cedrenus in compendio historiæ; Anselmus quoque eadem habet. Et verò imago Deiparæ à S. Luca coloribus expressa, quæ Romæ in S. Maria Maiore piè colitur huic Epiphaniij descriptioni mysticè congruere videtur.

57 Huc etiam ipeccat Maiestas gloriæ, quæ Deipara cum adhuc inter mortales degeret, ostensa dicitur magno Dionysio Areopagitæ, de quo Carthusianus in 1. sentent. dist. 16. quæst. 2. cum de missione Spiritus sancti ageret, quærit utrum huiusmodi gloriæ manifestatio in Deipara diuinitus facta appellari possit: vidualis sancti Spiritus missio, atque hæc subiicit: *In opusculo, inquit, quod de laudibus e-*

Maria pulchritudo
creaturæ
omnes an
peccellit.
Canisius
Suarez
Barrada
S. Brigitta.

Deipara forma & mores. Nicephorus Epiphanius

Carthusianus Dionysius Areopagita

Dionysius Areopagita

Cedrenus Anselmus

Summa 3 Virg. in ortu maiestatis. Carthusianus

lectiss.

laiffima Maria edidimus & scripturis fide dignis retuli, & probavi, quod Divinus Dionysius quadam vice terram sanctam intrauit, & Ioannem accessit Apostolum rogans, ut eum ad sanctissima Virginis Christi fœdera præsentiam, & conspectum introducere dignaretur, quo factò illustrissima, ac honestissima Virgo in tanto splendore sublimitate, & gloria ostensa fuit magno Dionysio, quod præ stupore ruens in terram defecit: & reuersus ad se dixit: Nisi ex ratione, & fide cognoscerem invisibilem Deum, non aliam putarem Deitatem, quam Virgineo hanc sublimen. An verò apparitio, ac manifestatio illa, que utique facta fuit ad declarationem eximia sanctitatis, dignitatis, ac gratia præclarissima Virginis, debeat dici visibilis missio Spiritus sancti, disputantibus desero: Mihi tamen videtur, quod immò, & forsitan, ut pie credendum censetur frequenter ita offensa est, atque circumdata lumine copiosissimo improvisè inuenta præsertim cum & alia quadam viri (que sexus persona sic circumdata luce superna ut visibili inardum inuenta, ac visa legantur. hæc Carthusianus, qui in ser. 2. de Nat. Virg. citat Epistolam Dionysij Areopagite, ubi hoc totum narrat. Hanc verò Epistolam, quod ad hæc, que tractamus, faciat hic totidem verbis ascribendam duximus.

SERVVS, ET NOVISSIMVS
uncius Dionysius electissimo vasi cœ-
lico Paulo Præceptori, &
Principi. S.

NON credidi (confiteor) coram Deo, Princeps mi maxime extra Deum summum, & optimum esse, haberi etiam, neque ab hominibus posse percipi, quam ego ocula non tantum mentis sed corporis vidi perspexi, ac que proprijs oculis intuitus sum Deiformem, atque supra omnes cœlicos spiritus sanctissimam Matrem Christi Iesu Domini nostri, quam mihi benignitas Dei, & clementia Saluatoris, & gloria maiestatis Deiformis Virginis Matris eius. Quoniam eum à Ioanne vertice Euangelij, & Prophetarum, qui in corpore habitans quasi sol fulget in cœlo, ductus fui ad Deiformem præsentiam altissima Virginis, tantus me immensus diuinus splendor circumfulsit exterius, & plenius irradiavit interius; tanta etiam in me omnium odoramentorum super abundantis fragantia, ut nec corpus infelix, nec spiritus posset totius, ac tanta felicitatis insignia sustinere. Defecit cor meum, defecit spiritus meus tanta gloria maiestatis oppressus. Te-

stor qui aderat in Virgine Deum, si tua diuina mente concepta non me docuissent, hanc verum Deum esse credidissent, quoniam nulla videri posset maior gloria Beatorum, quam felicitas illa, quam ego infelix nunc, tunc verò felicissimus degustaus. Gratias ago summo, atque optimo Deo, diuinaque Virgini, & eminentissimo Apostolo Ioanni, & tibi Ecclesia vertici, atque Principi triumphanti, qui mihi talia clarissime, & clementissime præstisti. Vale. hæc tenus Epistola Dionysij, de cuius auctoritate an sit Dionysij, non est nostrum in præsentia decernere, sanè Epistolæ Dionysij Areopag. ad Ioan Apostolum meminit Adrianus. Papa in 2. Epistola ad Carolum cap. 36.

58 Nunc ad alia, quibus Deiparæ pulchritudo demonstratur accedamus: & in sacris quidè literis sæpissime tum Deipara ipsa, tum etiam ea, que Deiparæ typum gerunt à pulchritudine commendantur; que tamen spirituales animæ eius pulchritudinem præcipuè significant, corporalem tamen eiusdem speciem, atq; decorem nobis etiam indicant. nam teste Ambrosio lib. 2. de Virginitibus, ipsa corporis Deiparæ species simulachrum fuit mentis figura probitatis: satis igitur erit locus ostendere, præsertim Canticorum, in quibus sub typo sponsæ Deiparam peculiariter intelligi ex præter sententia alibi diximus. Igitur Cant. 1. ex persona Deiparæ pronunciat: *Nigra sum, sed formosa filia Ierusalè.* que verba Ecclesia sæpe in officio eiusdem repetit, rursus dicitur: *Pulcherrima inter mulieres.* Cant. 1. & 5. rursus Cant. 1. *Pulchra sunt gena tua sicut turturis, collum tuum sicut monilia;* & iterum: *Ecce tu pulchra es amica mea: Ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum.* & Cant. 2. *Surge amica mea, & mox: Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis, & facies tua decora.* Cant. 4. *Quam pulchra es amica mea quam pulchri es; singulaque corporis sponse partes, oculos, capillos, dentes, labia, genas, collum, vbera præclaris quibusdam symbolis ex instituto commendat, denique concludit: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Cant. 6. *Pulchra es amica mea, & suavis, & decora, sicut Ierusalem;* & iterum: *Pulchra ut luna.* Cant. 7. *Quam pulchri sunt gressus tui, & iterum: Quam pulchra es, & quam decora charissima in delictis, eiusque statua, vbera, guttur peculiariter extollit: quare Psal. 44. *Astis Regina à dextris tuis; de qua mirum non est si subijcitur infra: &**

K

COM-

Carthusianus.
Dionysij.
Areopag.Dionysij.
Areopag.
in epistola.

Ambrosio.

Psalm. 44.

Bonauent. *concupiscit ex decoram tuum.* Bonauentura in speculo c. 3. illud Sap. 7. quod de deuma Sapientia effertur; *est enim hac speciosior sole,* de Deipara dici posse affirmat. Idem c. 14. quem admodum supra diximus. illud Leuitic. 24. *Sumetis fructus arboris pulcherrima,* Christum intelligit Deiparæ pulcherrimæ fructum.

Ad hæc Deipara in typis quibusdam insigni decore, ac pulchritudine præditis, quos in hoc capite eidem accommodauimus, figuratur; hoc est Genes. 2. in Paradiso ad eod pulchro, ut à voluptate nomen acceperit: In ferculo eiusdem Salomonis, Cant. 3. In arca auro mundissimo intus, & foris circumtectâ: In Throno eiusdem Salomonis eburneo, de cuius magnificentia, & pulchritudine 3 Regum. 10. pronuntiatur, *Non est factum tale opus in uniuersis Regnis.*

Maria 59 Hæc ipsa Deiparæ pulchritudo confirmatur ex similitudine perfectissima, quam habuit cum Christo; quem ex Psalmo 44. fuisse *speciosum forma præstans hominum.* utpote à Spiritu sancto formatum, omnes docet; Chrysostomus hom. 18. in Matth. Augustinus, & Cassiodorus in Psalmo 44. Ambrosius lib. 1. de Virg. Hieronymus libr. 1. in Matth. Bernardus serm. 1. in festo Assumpt. inter genitum autem, & generantem similitudo intercedit, nisi ex aliquo accidente impediatur; & hæc est ratio

Alberti Magni verbis supra allatis, & Caietani tomo 2. opusc. 13. de psalmo B. Virg. Quin etiam perfectio complexionis naturalis, qua Deipara, ut supra diximus cum de Arca ageremus, fuit prædita, idem ostendit; & est ratio **Abulensis.** Abulensis loco citato; ex optima enim complexionem, & membrorum dispositione oritur corporis pulchritudo.

Ex his rectè inferimus mulieres illas, quæ in diuinis oraculis à pulchritudine laudantur, typum gessisse pulchritudinis Deiparæ. eiusmodi fuit Gen. 12. *Sara uxor Abraha pulchra nimis.* & Genes. 24. *Rebecca decora nimis, uxor Isaac pulcherrima, & incognita viro.* & Gen. 29. *Rachel Virgo decora facie, & venusto aspectu.* & 1. Regum 25. *Abigail uxor Nabal mulier prudentissima, & speciosa.* & Iudith vidua elegantis aspectu nimis, cui Dominus, Iudith 10. ad Holofernem debellandum contulit splendorem: & hanc, in illam pulchritudinem ampliauit, ut incomparabili decore omnium oculis appareret. & Regina Esther Assueri vxor, de qua sic legimus c. 2. *Erat formosa valde, & incredi-*

Esther, 2.

bili pulchritudine, omnium oculis gratiosa, & amabilis videbatur. & Iob 42. de filiabus Iob, *non sunt inuenta, inquit, mulieres speciosæ, sicut filia Iob in uniuersa terra, quæ ipso nomine præferebant aliqui ad uenustatem pertinetis, prima enim dicebatur Dies, altera Casia, tertia Cornu stibij.*

60 Cæterum eximia Deiparæ pulchritudo tanta cum morum, actionumque grauitate, ac honestate erat coniuncta, tanta ex ieiunijs, & assidua contemplatione erat sui corporis moderatio; tantus sanctitatis odor, qui ex ea fragrabat, ut accedente singulati Dei dono, ut ait sanctus Thomas, ipsam intuentes ad pudicitiam excitarentur; quod complures grauissimi Patres affirmant. Ambrosius in libr. de Institut. Virg. cap. 7. loquens de Deipara. *Tanta, inquit, erat eius gratia, ut non solum in se uirginitatis gratiam seruaret, sed etiam his, quos uideret, integritatis insigne conferret; uisitauit Ioannem Baptistam, nec immerito mansit integer corpore, quem in tribus mensibus oleo quodam sua presentia, & integritatis unguento dormi Mater excersuit.* Aletius 3. part. iux. theologiæ quæst. 9. num. 2. art. 5. *Beata Virgo, inquit, suo aspectu concupiscentia motus extinxit.* Sanctus Thomas in 3. part. dist. 3. quæst. 1. artic. 2. quæst. huncula 1. ad 4. *Gratia, inquit, sanctificationis in beata Virgine non tantum repressit in ipsa motus illicitos, sed etiam in alijs efficaciam habuit, ita ut quamuis esset pulchra, à nullo unquam potuit concupisci.* Bonauentura in tertio dist. 3. art. 2. quæst. 3. Iudæorum quorundam assertionem docet, Virginem tamen pulcherrimam, à nullo tamen uero concupitam. Idem docet Gabriel in 3. dist. 3. quæst. 2. art. 3. dub. 1. Henricus de Hostia apud Cathusianum lib. 2. de laud. Virg. art. 2. *Maria, inquit, plena gratia optima compagine naturalis, singularissima pulchritudinis corporalissimæ, & morum in exteriori etiam eius effigie gratia diuinitatem copiose, efficaciterque lucebat, quod eius aspectus carnalium astus extingueret, peccatorum corda compungeret, mundanorum hominum desideria ad celestia eleuaret.* sic ille. Gerson quoque, in serm. de Concep. Virg. idem cum S. Thoma docent.

61 Cæterum Cathusianus uerba illa Cantic. 2. *sicut lilium inter spinas,* ad hæc, quæ dicimus, confirmanda eleganter in eum locum Canticorum artic. 8. exponit, uultum reliquas foeminas pulchras ueluti spinas pungeret intuentes, Deiparam uero sicut lilium

sua

sua

sua

sua

sua

Cant. 2. sua pulchritudine nemini offensionis fuisse; verba Carthusiani hæc sunt: *Quamuis fuerint multe Virgines sanctæ, tamen respectu Virginis beatissimæ, quasi spina fuisse videtur, in quantum aliquid culpa habebant: quæquam in se fuerint munda, non tamen fuit in eis fomes prorsus extinctus, fuerunt & alijs spina, quæ ex earum incultu concupiscentia pinguentur. Porro Deipara Virgo ab omni culpa fuit prorsus immunis, fuit fomes in ea plene extinctus, & iam intensa castitate erat repleta, quod inuentum corda sic penetravit sua inastimabili castitate virginica, quod à nullo potuit concupisces, imò potius extinxit ad horam illorum libidinem. hæc Carthusianus. His omnibus libet adiungere miraculum quoddam de beatissimæ Virginis admirabili pulchritudine, cuiusdam clericici transtulimus. **4.** *Clericus quidam illo- rum in Promptuario miraculorum Beatæ Virg. exemp. 79 habetur; nos autem ex Speculo exemplorum distinctio. s. §. 69. huc yidem plane verbis transtulimus.**

5. *Quidam quidam beata Maria deuotissimus crebris eam precibus fideliter exorabat, ut sibi suam pulchritudinem ostendere dignaretur; quæ in scripturis sacris sapientis commendatur, ut est illud Cant. 4. *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, &c.* Item Cant. 7. *Quam pulchra es, & quam decora, charissima in delicijs tuis, &c.* Cuius præ petitioni mater misericorditer annuens, per Angelum ei mandauit, quod tali hora sibi appareret: sed tamen sciret inconueniens, & indignum esse oculis, quibus eam videret, postea terrenum aliquid cernere: Cum autem responderet clericicus se non curare si post eius visionem fieret cæcus, tamen Angelo disparente cepit anxie cogitare, quia si visum penitus amitteret, eum mendicare de cætero oporteret, excogitauit ergo consilium uno oculo clauso, alterum ianctum ad eam videndam aperire. Apparente autem sibi B. Virgine tempore assignato, inastimabilem claritatem, & pulchritudinem vidit, & cupiens plenius eam videre etiam oculum, quem reclinuerat clausum aperuit: sed visio tunc repente disparuit. Cum ergo oculo, quo eam viderat, esset orbatus, altero saluo manente, ipse lachrymans eo quod oculo peperisset, se cepit vehementer arguere dicens: *Vim totius fuisse oculum, ut eam viderem plenius: Cum autem denud Dominam nostram insistentem exoraret, ut se adhuc semel ostenderet; quia propterea eam residuum oculum libenter amitteret, iterato piissima Virgo Maria ei apparuit, & sua visione ineffabiliter eum consolata, & residuum oculum sibi seruauit, & prius amissum restituit. hæc ibi.**

62. Sed iam de spirituali Deiparæ pulchritudine, quæ illi corporæ longè præstat, aliqua breuiter perstringamus. Cum enim hic animæ decor in virtutum omnium splendore, ac diuinæ gratiæ præsentia sit positus, cumque nos toto hoc opere præsertim c. 13. & 21. de Deiparæ gratiæ immensitate, de quæ eius heroicis virtutibus agamus, non est cur in præsentia, pluribus hac in re immoietur; nonnulla tamè attingemus. Et verò omnis animæ formositas, ac pulchritudo ex Deo oritur, qui per gratiam in anima mansionem facit, quod eleganti similitudine Augustinus tractatu 32. in Ioann. explicat: *Sicut animus, inquit facit decus in corpore, sic Deus in animo. & mox: Decus ergo corporis animus, decus animi Deus.* Quantum verò hæc interior animæ pulchritudo cæteris humanis rebus antecellat Gregorius libro ultim. moral. in illud lob 42. *Non sum inuicentia mulieres speciose, sicut filia lob in uniuersa terra.* pulchritudine declarat his verbis: *Electorum quippe anima omne humanum genus, quod in terra secundum hominem conuersatur, sua pulchritudinis decore transcendunt, quantoque se exterius affligendo despicunt, tanto se verius intus componunt.* Hinc est enim quod sancta Ecclesia quæ electorum pulchritudine decoratur psal. 44 dicitur concupiscit Rex speciem tuam, de qua paulo post subditur: *Omnis gloria eius ab intus, nam si foris gloriam quareret, intus speciem, quam Rex concupisceret, non haberet.* sic Gregorius.

63. At verò Deipara diuina gratia, & singularibus eius donis præcunctis puris creaturis cumulatifsimè est ornata, ut propterea Cant. 1. & 5. pulcherrima mulierum appelletur: quoniam ex Alano, & Hilgino in Cantica ipsa priuilegijs spiritualibus præ cæteris est ornata: ea enim sacrarum litterarum testimonia, quæ supra ad corporis Deiparæ pulchritudinem ostendendam attulimus: Mulieres quoque quæ pulchritudinis Deiparæ typum gerere diximus, animæ eius formositatem præcipuè nobis ob oculos ponunt. Quare Rupertus libro tertio in Cantico. in illud cap. 4. *Quam pulchra es amica mea oculi tui columbarum;* septem Deiparæ virtutes in septem corporis membris significatas esse animadvertit; propter quas à sponsa laudatur, & formola ab Angelis, & hominibus iure optimo reputatur: *O pulchritudo, inquit, admirabilis, quam sic ammiratur, & collaudat pulcherrimus auctor pulchritudinis; septem*

Anima pulchritudo rebus omnibus preferenda. Cap. 18 Cap. 21.

Augustin.

Gregorius

Psalm. 44.

Anima B. Virg. pulcherrima. Cant. 1. & 5. Alanus. Hilgino.

Rupertus. Ept. 55. Psal. 209.

draconis consideravit, oculos, capillos, dentes, labia, genas, collum, & ubera, & pro singulis dilectis singula decantans digna collaudationis capitula, laudatur in oculis simplicitas, in capillis cogitationum suarum munditia, in dentibus innocentia, in labijs doctrina; in genis verecundia; in collo humilitas, in uberibus tuis admiranda cum fecunditate virginitas. hæc Rupertus quæ singula fufius ipse explicando persequitur. Ideo Augustinus ierimone sexto de tempore de Deipara in hunc modum loquitur. Videamus, quæ est illa Virgo tam sancta, ad quam Spiritus sanctus venire dignatus est, quæ tam speciosa, quam Dominus elegit sponsam, quæ tam copiosa, cuius generationem totius orbis exceperat, quæ tam casta, ut possit Virgo esse post partum: Hæc est immaculata concubiniu, fecunda parit, Virgo, & casta perpetua. Hæc est sponsa Christi, gentium Magistra, sic Augustinus. Bernardus homilia 3. super missus est. Merito, inquit, concupiscit Rex decorem virginis: Pecerat enim quidquid longè antea præmonita fuerat à Patre suo David, dicente sibi: Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obtinere populum tuum, & domum Patris tui: & si hoc feceris, concupiscet Rex decorem tuum, Audiuisti quippe, & vidisti, non ut quidam, qui audientes non audiunt, & videntes non intelligunt, sed audiuisti, & credidisti, vidisti, & intellexisti, & inclinasti aurem tuam ad obedientiam, & cor tuum ad disciplinam, & oblita est populum suum, & domum Patris sui, quia nec populum suum augere proli successione, nec demum patris sui relinquere curavit heredem, sed quidquid honoris in populo, quidquid de paterna a domo rerum terrenarum habere potuisset, omnia arbitrata est, ut stercora, ut Christum lucrifaceret. Nec sefellit eam intentio, quando & Christum sibi filium vendicavit, nec propositum pudicitia violavit. hæc Bern.

64 His subijciam piam quandam Idiotæ contemplationem deius, per quæ formositas Deiparæ significatur, quam in lib. contemplationum de B. Virg. cap. 3. ponit: Speciositas, inquit, tua, beatissima Virgo Maria, designatur per septemplem speciem, quæ in sacra scriptura invenitur, est namq; species olivæ, de qua scribitur. Quasi olivæ speciosa in campis est species columbæ, de qua canitur, Vidi speciosam sicut columbam: est species libani, de qua dicitur, Species eius ut libani: est species Cæli, de qua legitur, Species Cæli cum visione gloria, est species ignis in nocte, de qua scribitur, Operibat Tabernaculum quasi species ignis: est species arcus, de qua scribitur, Vidi

arcum, & benedic eum, qui fecit illum, valde enim speciosus est, est etiam species solis, de qua scribitur, Est enim speciosior sola. Species olivæ consistit inter cetera in viroris amantiss, sic tua species, O beatissima Virgo Maria, consistis inter alia in fide, sinceritate, & sicut viror pacifera olivæ delectat oculum corporis, sic fides tua, quæ pacem inter Deum, & hominem reperit, delectat oculum mentis. Species columbæ consistit in simplicitate, pulchritudine oculorum mutatione, & varietate circa collum, sic tua species, o beatissima Virgo Maria, consistit in humilitate, pulchritudine sanctorum cogitationum, & doctrina varietate, quæ in cello intelligitur, quia doctrix fuisse Doctorum, & magistra Apostolorum, unde & beatus Lucas, cui inter ceteros Evangelistas descriptio Domini incarnationis attribuitur, Evangelij seriem à te Maria didicisse traahitur. Species libani consistit in continua virgullorum fecunditate, & delectabilium florum candore, & significat, o gloriosissima Virgo Maria, candorem tuæ fecundæ virginis, quia tu es de qua dicitur, Egre ditur Isa, virga de radice Jesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini. De tua autem supereminenti virginitate iusto dici potest, quod scribitur, Pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus. Species cæli est in visione gloria, & significat in te sanctissima Virgine Maria contemplationis sublimitatem, de qua cæli conscribitur, Species mulieris exhilarat speciem visioni, per quod intelligere quis possit altitudinem contemplationis acceptam esse, & placentem in conspectu divina pulchritudinis. Species ignis consistit in ardore, & splendore, in te autem, o beatissima Virgo Maria, fuit ignis charitatis ardens, ignis & splendens ante Deum, & nos miseros peccatores protegens, & sicut tu Regina Virginum nominaris, sic charitas illa tua Regina virtutum appellatur, quia virtus nomen amittit, quæ charitati non famulatur. Arcus cælestis fit ex radijs solis in humida nube, & significat incarnationem filij, cui super benedictis in coeternis enim sol iustitia, qui est splendor Patris ingressurus in mundum ascendit super nubem locum, id est, sibi unisse mundissimam carnem sine pondere peccati; quod factum est in tua carne in tuo virginali utero, & sic facta est visibilis imago solis iustitiæ cum profusionis gratiarum plenitudine, ut sit visibilis imago solis cum sit arcus, sed non nisi in die profusionis pluita. Species solis consistit in splendentium radiorum emissionem, & significat

Augustin,

Bernard. Psalm. 44.

Luc. 8.

Philip. 3.

Idiotæ.

Septem

speciebus

pulchritu-

do Deipa-

ra figura-

tur.

Eccles. 24.

Cant. 2.

Cant. 3.

Eccles. 43.

Num. 9.

Eccles. 43.

Sap. 7. Maria & cetera

Dicitur columba

Species libani Mo

Eccles. 41

Species cæli

visione gloria

Eccles. 41

Species ignis

Species arcus

arcus Maria Heb.

Isa. 19.

in tuo virginali

utero, & sic facta est

visibilis imago solis

iustitiæ cum profusionis

in te Advocata nostra virgine Maria largā gratia effusionem in omnes, qui ad te se convertunt, qua es sole speciosior, & emissione gratiarum fecundior. Tua ergo spes, Virgo Maria, in corporis castitate, in conscientia puritate, in exteriori conversatione, & in divinorum contemplatione consistit. Munda igitur cor meum immundum, & inquinatum, o piissima Virgo Maria, & tuis precibus mihi obtine speciē spirituales, per quam in servitio tuo, & super benedicti filii tui placeam tibi in vitam sempiternam. Amen hac vique Idiota.

Ex his omnibus, quæ hactenus hoc capite differimus aliqua ex parte conjicere licebit, altissimam dignitatem, quam Virgo in sua Anuntiatione cum filium Dei cōcepit est assecuta.

ALTITUDO GLORIÆ, AD quam Beat. Virg. Deipara in sua Assumptione est euecta.

CAPVT VI.

SVMMA RIVM.

Deipara super omnes sanctos chorum facit separatum. num. 4.

Deipara magno exco. flu. omnes sanctos superat in gloria. num. 7.

Deipara plus gratia, & gloria ipsa una obtinuit quam reliqui Sancti, & Angeli simul. num. 11.

AM vero in eius gloriosa Assumptione quis explicare queat præcellsum gloriæ gradum supra omnes puras creaturas, ad quæ Virgo sanctissima est proveccta? Quis illas inquit Bernardus, astimes gemmas? quis stellas nominet, quibus Maria regium diadema compactum est? & ser. 1. de assumpt. Nec in terris locus dignior usuri virginis templo, in quo solum Dei Maria suscepit: nec in caelis regali solio, in quo Mariam hodie Maria solum sublimavit. Et mox. Quis cogitare sufficiat, quam gloriosa hodie mundi Regina processerit, & quanto deuotionis affectu tota in eius occursum celestium prodierit legionū multitudo, quibus ad thronum gloria canticum sit deducta, quam placidum, quam serenam facie, quam diuini amplexibus suscepta a sileo, & super omnē exaltata creaturam, cum eo honore, quo tantā Mater digna fuit; cum ea gloria, qua tantum de-

cuit filium: & iterum: Christi generationem, & Maria assumptionem quis enarrabit? quantum enim gratia in terris, tantum & in caelis obtinet gloria singularis: quod si oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, qua præparauit Deus diligentibus se, quod præparauit genti se: & (quod omnibus est certum) diligentē pra omnibus quis loquatur? hæc S. Bernardus.

Et S. Bernardus tom. 3. serm. 1. art. 1. cap. 1. agens de sanctitatis eminentia supra Angelos, & Virgines, quam Deipara adhuc viuens est adeptā, illud Genes. 7. Multiplicata sunt aqua, & eleuauerunt Arcam in sublimē à terra, B. Virgini accommodat: Multiplicatio, inquit, aquarum in Arca denotat gratiarum plenitudinem in Maria, qua eleuauerunt Arcam, in qua saluatum est uniuersum semen generationis electa in sublimē à terra; id est, ab omni terrenitate, & amore infesto; dixit autem (in sublimē) quia ad hanc puritatem, & mundiciam nulla pura creatura ascendit, nec Angeli, nec Virgines: nam Angeli habent mundiciam tantum in mente, Virgines mente, & carne: sed gloriosa Virgo Maria cum quadam vniuersaque perfectione super omnem creaturam est eleuata in sublimē hæc S. Bernardus. Ex magnitudine porro gratiæ magnitudinem gloriæ rectè colligimus: sanè S. Elisabeth post ingentia, & innumerabilia dona Virgini in Verbi Incarnatione collata, quando vera Dei genitrix est effecta, quorum aliqua superiori capite pro tenui nostra facultate attingimus; adhuc alia nec communia, nec vulgaria, vt ex verbis, & modo ipso dicendi constat, eidem diuinitus conferenda prædixit: siquidem Spiritu sancto repleta exclamauit voce magna, & inter alia ei dixit: Beata qua credidisti, quoniam perseverauerit ea, qua dicta sunt tibi à Domino. quæ in eius saltem assumptione magna ex parte cōpleta esse nemo est, qui abigat. Verum, vt ad capita quadam hæc reuocemus; ostendam primò Beatissimam Virginem omnes, siue Angelos, siue Sanctos in gloriæ beatitudine excedere: secundò eam in celo chorum per se separatam super omnes constituturē. tertio gloriæ eius magnitudinem esse immonsam, quatiò denique ipsam vnā plus gloriæ assecutam, quàm omnes simul Sanctos, & Angelos. Ex quibus omnibus perspicuè apparebit huius diuini Throni sublimitas inestimabilis.

2 Et quod attinet ad primum de fide est sanctissimam Virginem Deiparam Beatitudinis.

S. Bernardus
dicitur.

Genes. 7.
B. Virgo
per Arcā
Noe figurata,
eleuatur à
multitudine
gratiarum
qua per
aquas significatur

Luc. 8.

Virginis
gloria superat
gratiam Sancti
et Angelorum
omnium.

Virginis
gloria in
Assumptione
nobis
inexplicabilis,
Bernard.